



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 181. Fæderati prope Antverpiam a Catholicis profligati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

quato diu utriusque partis damno ac <sup>Sæc. XVII.</sup>  
 decore, tandem vero versa est pugnæ <sup>A.C. 1605.</sup>  
 fortuna, dum sole jamjam ad occasum  
 declivi tempestive duodecim Persa-  
 rum Equitum millia in opem vene-  
 rant. Tunc enim Persæ subditis cal-  
 caribus tam ferociter in hostem pro-  
 ruunt, ut Turcæ, cum ordines suos  
 redintegrare haud possent, tumultuaria  
 fuga se ex acie abripere, atque Diar-  
 bechiam usque, quæ civitas est decem  
 dierum itinere Taurisio dissita, retro-  
 cedere cogerentur, amissis omnibus  
 tormentis, totoque belli apparatu. Ce-  
 cidere Turcarum triginta millia, atque  
 inter eos Damascenus Bassa, & novem  
 Supremi Provinciarum Præfecti cum tri-  
 ginta fiduciarii Equitatus Ducibus. Hac  
 clade Ottomani tantopere fuerant at-  
 triti, ut totam longe lateque Regionem  
 Persarum arbitrio cedere fuissent co-  
 acti, si victores, humanæ felicitatis vi-  
 tio, quæ semper ex prosperis luxuriat,  
 fugitivos insequi non destitissent, in  
 opimam, quæ relicta est, prædam li-  
 centiosius effusi.

### §. CLXXXI.

*Fœderati prope Antverpiam a Ca-  
 tholicis profligati.*

Post-

Sæc. XVII. Postquam Philippus III. Hispanianus  
A. C. 1605.

Rex priori anno pacem cum Anglis  
firmaverat, Fœderatos e Belgio ejus-  
*Gallut. de*  
*bello Belgic.* di spem haud exiguum concepit,  
*l. 17.* cipue cum Jacobus I. Rex quarto ex-  
*Rapin Hist.* dem fœderis articulo cavisset, qui  
*d'Angl. i. 18.* Hispaniæ Regis hostibus aut rebellibus  
*Memoir.* nullo pacto opem latus eset, & alius-  
*secret.* de etiam pecuniarum subsidia Hollan-  
*part. 5.* dis deinceps submittere recusasset. Ex  
*Grotius hist.* adverso nuntiatum erat Philippo Regi,  
*l. 14.* quod Fœderati Ostendæ jacturam com-  
pensaturi Antverpiam inopina irruptione  
subigere moliantur, eoquod in hac  
urbe aliquot Hugonottas, aliasque sua-  
rum partium studiosos haud sibi deesse  
nossent. Non latuit ea machinatio Ma-  
chionem Spinolam, qui die nona Ap-  
rilis Bruxellas adventans, mature pe-  
culo occurrere statuit, ac propterea  
kopias suas, ad Scaldim fluvium dilute-  
buit, ut quacunque demum ex parte  
hostis exscensionem facere tentaret, vi-  
ribus omnibus occurrere possit. Haud  
minus in omnem sui munera partem in-  
tentus ac vigilans erat Mauritus, qui  
cum valido agmine Berga ad Zomam  
die decima sexta Maji digressus Anti-  
verpiam versus castra movit, atque Er-  
nestum Nassovium Comitem impeditus  
supra naves quingentas, octo peditum  
millibus per Scaldim eo provehi justit,

vix

vix tamen hic ad Crucis, ut vocant Sæc. XVII.  
 propugnaculum pervenerat, cum illico A. C. 1605.  
 displosis inde tormentis ulterius pro-  
 gredi prohiberetur. Eodem vero tem-  
 pore cum exercitu, Mauritius terrestri  
 itinere Eccheram Pagum, passibus mil-  
 le sejunctum Antverpia advenit, suo-  
 rumque octingentos exscendere jussit,  
 qui tamen nil tale opinantes ab Ignatio  
 Borgia Hispanorum Tribuno, qui in in-  
 fidiis latebat, tam strenue excipiebantur,  
 ut hostium multi cæsi, alii aquis de-  
 mersi, plerique capti fuerint: nec pro-  
 spero magis Marte pugnabat Mauritius,  
 dum militem in terram e navibus edu-  
 xit; quippe præter septem naves aut  
 quassatas aut aquis submersas plusquam  
 suorum quingentos tormentis trucida-  
 tos numerabat: ne tamen nil egiisse vi-  
 deretur, solam arcem Voudam, utpote  
 milite, bellique tormentis destitutam nul-  
 lo negotio in ditionem coegit, minus  
 tamen benigna fortuna usus in oppu-  
 guanda Saffia Arce.

### §. CLXXXII.

#### *Pugna navalis inter Hispanos & Hollandos.*

Hucusque Hispanis oppido grave ac- *Mercur.*  
 ciderat, quod suas copias longe *Gallobelg.*  
 ac difficiili itinere ex Italia in Belgium *l. 5. p. 325.*  
*Hist. Eccles. Tom. LIII. X x dedu-*